

1519.


Ex ms. Bibl. Latius.

465

Petrus Tomiczki Episcopus
Cracoviensis Vicecancellarius
Ebrecharo Ferbero Burgra:
bio et Profonfuli Gdanensi.

117
116

Nobilis et Strenue Domine A:
mice Charissime, intellexi abunde, ea
que mihi scripsistis, et copiam literarum
Magni Commendatoris legi, et Majesta:
ti Regiae singula retuli. Non latent
ista iam diu Majestatem suam, nam Do:
minus Magister adhuc Berolini questus
est coram fratribus suis de hac re, qui
videlicet haberet captivum monachum
qui confiteretur se instructum fuis:
se, a nonnullis subditis, et Consilia:
rijs Majestatis suae, ad vitae illius
interitum, et cum apud Majestatem
suam in rupijs fuit Dominus Mar:
chio Casimirus frater illius inter ca:
tera Domini magistri facta, id illi
Majestas sua exprobrauit. Ego doleo
vos in numero istorum inculpatorum
esse. Sed cum ea res nullum habeat
Fundamentum, captivis fides da:
ri non debet, qui in aliena potestate
constituti



constituti, id referunt, quod illis praeci-
tur, neque etiam vos quisquam cul-
pat coram Majestate Regia, ubi lo-
cus esset, nihil enim unquam Domi-
nus Magister sua Majestati de hac
re scripsit. Movere vos nihil debet
haec frivola inculpatio, neque timen-
dum est, ut aliquid honori vestro
officere possit, a vi etiam qualibet
Majestas Regia vos tanquam fi-
delem suum subditum, semper tue-
ri vult et poterit.

Fuissem contentus, quod misis-
setis papyrum talem, qualem Do-
minus Balinski Designaverat, sed
cum probam Craoviensem ad Domi-
num Bedenski Scholasticum mi-
sistis, beniconsulo et rogo, cum edo-
cebimini illi, qualis esse debeat
illam mittatis. Burgraviatum
Majestas Regia vobis liberalia-
nimo contulit. In qua re quod
amicus fuit officium, ego non pre-
termisi. Feliciter valeatis. Mil-
lesimo Quingentesimo Decimo-
octavo.